



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm  
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

**Sanderus, Antoine**

**Antverpiae, 1625**

Nicolavs Dominicanvs. Brugis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10172**

## NICOLAUS DOMINICANVS.

*Brugis.*

9. Aug. **L**ector Fratrum Prædicatorum in Coenobio Brugensi Flandriæ, vir deuotus & religiosus graui pressus morbo, quo vita excessit obnixè rogatus à fratre lachrymante, vt si quid consolationis interiùs accepisset à Domino se participem facere dignaretur maximo exsiliens gaudio ait: Verè accepi quia Dominus noster IESVS Christus morti meæ se adesse spondit, cui frater & ego inquit per eundem Dominum te obtestor, vt digito vel nutu mihi cùm videris eum præsentem esse insinues, ille respondit, lubenter faciam, dummodo Dominus ipse concesserit, die postmodum tertiâ ingrauescente morbo tabellæ dato signo pro more infirmorum fratres concesserunt. Eius igitur foelicem decessum fratribus præstolantibus & orationi insistentibus. Nicolaus eleuans manum, prætensoque in certum locum digito circumfusus oculis cum cantu lenissimo psallere cæpit in Galilæa IESVM videbimus sicut dixit, Alleluia, quo dicto protinus exspirauit: ita Leander Albertus libro nono folio centesimo nonagesimo sexto, & ex eo Choquetius, quod & commemorat Cantipratanus libro secundo Apum capite quinquagesimo parte decimo. Obiit Nicolaus anno Redemptionis humani generis millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto.

NICOLAUS

ET

ODO